

2179

LITURGICI.

2180

initium: *Ich n. Bischove zu n. Gelob vnd swer auf das heilig Ewangeli-um. Das Ich leiblich bertüre. Daz ich nu hinfür von diser stund getrew hold geborsam vnd gewertig sein sol vnd wil Ew. Aller- durchleuchtigsten Fürsten vnd herren Hern Friderichn Römischen keyser &c.*

DCCCCIX.

- H. 3 Codex membraneus lat. Sec. XV. Folior. 105. 12. bene per- scriptus, picturisque speciosis pas- sim insignis, inter quas Icones XII. majores varia Religionis My- steria vivide repraesentantes, et diversorum corporum naturalium perita exhibitio, *Horarium* est, cui insunt per Hebdomadem di- spositae Horae de S. Trinitate, pro Fidelibus Defunctis, de S. Spi- ritu, de omnibus SS. de S. Sacra- mento, de S. Cruce, et de B. V. *Maria* His accedunt: *Missä* de *Eadem*, *Ejusque* *Horae secundum usum Rome*; has vero *Calligra- phus* tantum usque ad *Tertium* perduxit. Comparat in earum *Frontispicio* *Scutum* *argenteum* *trifasciatum* *rubro*, fortasse *Pos- fessorem* *e Croyorum Domo* *de- signans.*

DCCCCX.

- C. 995 Codex membraneus lat. Sec. XV. Folior. 179. 4. min. elegan- tissime exaratus, literis initiorum deauratis, coloratisque, margi- nibus omnibus vario animalium, *Denis Codd. Theol. V. II. P. III.*

plantarum, monstrorumque, quae rifum moveant, ornatu conspersis, et praeter Icones minores gran- dibus XIV. a praestanti penicillo speciosus, quas inter Salvatoris Effigies fol. 14. in admirationem rapit, *Horarium* est, geminum iis, quod ad calamum et penicillum adinet, quae *Codd. DCCCCCL- XXXVI. et LXXXVIII.* retuli- mus. Initium a *Calendario* ducitur hominum occupationibus adpietis visendo, in quo purpurati *Vincen- tius, Amandus, Eligius, Aegidi- us, Bavo, Dionysius, Donatia- nus*, ut discas *Belgium*. Succe- dunt *Horae de Cruce, de S. Spi- ritu, Missä de B. V. M. Initia IV. Evangeliorum, Horae de Beata, Psalmi de Poenitentia cum Litanis SS. Vigiliae Mortuorum, et Com- memoraciones variorum Coeli- tum.* Per illustrium Possessorum manus ivisse praesens *Horarium*, argumento sunt, quae variis tem- poribus ei inscripta leguntur. Ita in theca anteriore: *En vos bon- nes prieres se recomande Celuy qui votre bonne grace demande. De Lalaing. Fol. 157. p. 2. Af- fin que Je soye de Vous recom- mandé, acceptez bonne Dame cest mis cy en escript. Votre vray bon mestre Charles, quem Imperato- rem V. fuisse non dubito. Fol. 165. Tant quen ce monde viueray, pa- rent et amy Vous serai. Croy. Et theca postica: 1543. Forte for- tune forte. Rogendorff. Et infra recenter: R. J. de Calonne du Quesne. Thecae argento deaura- to asperae impressum: Ob laudem Chri-*

C c

Chri-

2181

CODICES

2182

Christi librum hunc recte ligavi. Ludovicus Bloc. Ut Codd. supra citatis.

DCCCCXI.

- C. 947 Codex membraneus lat. Sec. XV. Folior. 198. 8^{vo}. bene scriptus, auro fulgido coloribusque distinctus, frontispiciis multis elegantia florum, animaliumque varietate decoratus, et XVIII. Iconibus sacris artificiose depictis conspicuus, olimque Parthenonis *Halensis* in *Tyrolis Horarium* continet sequentibus partibus constans: Horis de S. Cruce, de S. Spiritu, Missa de B. *Maria*, Horis ejusdem, Psalmis de Poenitentia, Vigiliis Mortuorum, et Orationibus ad diversos Coelites. E *Calendario* praevio nihil eruas, nisi quod SS. *Eligii* et *Nicasii* nomina rubro exarata Provinciam *Remensem* indicare videntur. Neque obstant *Orationes* quaedam a fol. 181. lingua belgica inscriptae, puta: *Des morgens als du opstaes, segt. Alse du gaes wt dinen buyse* &c. olim enim etiam *Belgici* Episcopatus *Atrebatensis*, *Cameracensis*, *Tornacensis*, et *Tervannensis* ad eam Provinciam pertinebant. Insigne *Calendario* nitida pictura praefixum rubris aureisque fasciis alternis, scutello medio rubro aquilam auream unicipitem referente de Possessore primo *Codicis* pariter divinationem admittit. Subjectum nempe illi Lemma: *Souvenir Tue Bouton*, ad Familiam nomine *Bouton* dedu-

cit, cui ejusmodi Insigne fasciatum tribuitur tam in *Cl. Menestrierii Nouvelle Methode du Blason*, quam in *Vrai Supplément du Nobiliaire des Pays — Bas et de Bourgogne. A. Louvain. 1774. p. 183. 8.*

DCCCCXII.

- Codex membraneus lat. Sec. H. 4 XV. Folior. 246. 12. nitide per-scriptus, omnique ornatu pictorio speciosus, quo pertinent XXI. Icones majores, et praecipue fol. 234. artificiosissima Christi Servatoris *Πετορον*, *Horarium* est frequentia complexum: *Calendari-um*, in quo Sancti *Belgici* complures miniati, Horas de Cruce, de S. Spiritu, Missam de Beata, Initia IV. Evangeliorum, Horas de B. V. M. *secundum usum Rom.* etiam per Adventum, Psalmos de Poenitentia cum Litanis SS. quos inter *Audomarus*, *Amandus*, *Vedastus*, *Leonaerdus*, *Ghildardus*, *Amelberga* &c. Vigiliis Mortuorum, Precesque et Hymnos ad varios Coelites.

DCCCCXIII.

- Codex membraneus lat. Sec. H. 5 XV. Folior. nunc. 180. 12. eleganter exaratus, auro coloribusque varius, et Iconibus majoribus IV. decoratus *Horarium* est, praecedente *Calendario*, in quo miniati *Basilus*, *Eligius*, *Remigius* et *Bavo*, *Donatianus*, *Livinus* *Belgium* demonstrant. Sequuntur Horae